



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvatii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Modus eluendi maculam curiositatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

quid quod ad perfectionem ei deest, discindit, & denuo refici finit.

Quarto, quando eam iam de integro refectam diligenter contemplatur, idque cum magna animi anxietate, atque si aliquid repererit quod sibi minimè placeat, murmurat, & turbatur.

Modus eluendi maculam curiositatis.

PRIMVS modus maculam hanc abluendi & penitus delendi est: Pro usu suo vitiosa & defectuosa eligere quæ intuentibus minimè probetur: sua etiam imperfectè perficere, ut de nobisipsis victoriam consequamur.

*Curiositas
quomodo
tollitur.*

SECUNDVS modus, qui contra curiositatem novos rumores percipiendi præcipuè militat, est: Diuinarum rerum attenta consideratio: sunt etenim adeò singularia, pulchra, & inaudita ut Christus dicat.

Apoc. 21.

Ecce noua facio omnia.

Quales no-

O quam insolitæ nouitates, quam exoptati rumores, quos sacræ nobis literæ desiderare.

*uitates de-
beamus de-
siderare.*

litteræ propoſant: quòd Deus trinus & vnus fit, Trinus in perſonis, vnus in eſſentia: quòd è nihilo mundum creauerit: quòd infinitam Angelorum multitudinem condiderit, quòd innumeras animas ſibi famulantes, & ſe diligentes habeat: quòd humanã carnem aſſumpſerit; quòd pro huius myſterij confectione, coeleſtem nuntium ad virginem, MARIAM nomine, præmiſerit: quòd eandem Spiritus Sancti virtute fecundauerit: quòd is, quẽ Beata virgo vtero conceperat, Deus verus & homo fuerit: quòd nouem menſibus exactis, eum in ſtabulo pepererit: quòd Virgo ante partum, in partu, & poſt partum permanſerit: Hæc & mille auditu digniſſima, ſunt nouitates, quas vellem curioſi audire deſiderarent, quas Propheta Abacuc conſiderans ait. *Domine audiui audientiam tuam & timui* Vel ſecundùm verſionem Septuaginta. *Conſideraui opera tua & obſtupui.*

Abacuc 3.

TERTIVS eſt: Penſare quòd omnia terrena hæc & tranſitoria ni-

hil

hil sint nisi vanitas: *Vanitas vanitatum*
 & omnia vanitas, ait Ecclesiastes.
 Quòd si secum attentè consideraue-
 rint, sola necessitate contenti erunt:
 curiositatemq; curiosis relinquunt.
 Si namque mihi sufficit parua cellu-
 la, cur eam curiosam & amplam ha-
 bere cupiam? si tibi & familiae tuæ
 sufficit pro necessaria habitatione
 honesta domus, cur pro ea magnifi-
 cum & spatiosum palatiū exstruis?
 si pro corporis mei cinctura gros-
 sus funis mihi satis est, cur alium
 candidum, subtilem, affabreque fa-
 ctum quærā? Si mihi pro signis siue
 registris Breuiarij, fila aut cartarum
 particulæ aut imagunculæ aliquot
 deuotè sufficiant, cur eadem ex bys-
 so contexta, colorum varietate di-
 stincta, ac percuriosā expetam?

De vana gloria,

Macula XI.

CAPVT XII.

C*um ieiunatis nolite fieri sicut hypocri-
 te tristes. Ingens & admodum
 turpis est vanae gloriae macula, pro
 eluendum.*

Matt. 6.

*Vana gloria
 difficilis ad
 eluendum.*

E qua